



**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

Spauter, Johannes de

Argentorati, Anno, M. D. XV.

Regula elegantiae. Q[ue] duo si rectos numerum verbo variorum
Præponas, verbum quadrabit proximiori. Omnia pontus erat, deerant
quoq[ue] littora ponto, Vestes sunt lana, at vestes est lana caeto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

quamur quæ de altero. Immo quia modestia fecit, ut de nobis pluraliter loqueremur, sed pone rationem esse nullam, adhuc autoritas unum defendit, non alterum. At quid mouit primum maiores nostros, ut unum dicerent magis quam alterum. Dic tu, cur non daui dixerunt, ut amaui, aut uas uaris, ut mas maris &c. Audiatur Iulianum digestis titulo de legibus & senatusconsultis dicentem, Non omnium quæ a maioribus introducta sunt ratio reddi potest. Et subdit Neratius. Et ideo rationes eorum quæ constitutum inquiri non oportet, alioqui multa ex his certa que sunt subuertunt. Et Quintilianus lib. i. in sty. orat. Meminerimus non per omnia dici analogie posse rationem, quam sibi ipsa pluribus in locis repugnet. Et lib. viij. Qui iaculum emittit iaculari dicit, qui pilam aut suadem appellatione priuatim sibi assignata caret. Et ut lapidare quid sit manifestum, glebarum testarumque iactus non habet nomen. Vides quomodo a sibi locus parum est efficax in grammatice, nisi auctoritate fulciatur,

Regula elegantiae.

Q duo si rectos numerum verbo variorum
Præponas, verbum quadrabit proximiori.
Omnia pontus erat, deerant quoque littora ponto,
Vestis sunt lana, at vestes est lana caueto.

Verbum substantiuum positum post duos numeros diuersorum numerorum eleganter conformatur proximiori. Terentium. Amantium iræ redintegratio amoris est. Oui. Vestes quas geritis sordida lana fuit, nuptiarum unum connubiū est. Plinius. Animæ leonis uirus letale est. Venetiæ diues oppidum est Venetia est ipsa prouincia, qui secus loquitur ineleganter loquitur, sed latine non satis, tamē ut doctissimus uir Iodocus clichthoueus dixit in Dathum si recte recordor. Oui. in metamor. ait, Gaudia principium nostris sunt proce doloris. Quæ si uerbum in medio ponatur, præcedenti conformabitur, ut Athenæ sunt pulchra urbs, populus est homines &c. aliquando legitur contrarium, præsertim ubi est caput pro significat, ut pisces quos ceperunt apostoli, est collectio fidelium. i. significat collectionem &c. Vbi libentius uerbum in fine locarem, ut in Psal. Mandata tua meditatio mea est. Ad Corinthios. An nescitis quoniam membra uestra templum est spiritus sancti qui in uobis est.

II. REGULA PRINCIPALIS.

Cum substantive vocans & vim quod seruat eorum.
Si sit res eadem post se rectum retinebunt.

C v